



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De ratione adhibenda in Ecclesijs, Altaribusque profanandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

De Ratione adhibenda in Ecclesijs Altari-
busque profanandis.

S V M M A R I V M.

- 1 Ante profanationem Ecclesie, sacre Reliquie, & imagines aliò tra-
ferenda. 3.
- 2 Translationi Clerus, & populus interfit.
- 4 Altaria, qua cerimonia amouenda.
- 5 Ossa fidelium, vt etiam exhumanda: quaq; ratione aliò transferenda.
- 6 Altare solum qualiter profanandum.
- 7 Cæmeterium item.
Cæmeterium. ¶ ad quam Ecclesiam transferenda. De Ecclesijs
Ossa; mortuorum. ¶ instaurandis, nu. 7.
Materia omnis Ecclesie profanate ad quem vsus non adhibenda.
Ibid. nu. 4.
- 8 In Ecclesijs profanatis crucis insigne figendum.

4. De rat. ad-
hiben. in Ec-
clesijs, Alta-
ribusq; pro-
fanand.



1 Ecclesia, si quæ aliquando, quauis auctoritate
profananda est, vt ne vario, & vna, eademque ratione profanatio
fiat, ita, vt infra præscribitur, profaneatur.
2 Primò, si quæ sacre Reliquie, corporauè san-
ctorum in ea reconduntur, aliquot ante pro-
fanationem diebus, diligenter recognita, ad Ec-
clesiam, in quam transferri Episcopo placuerit, ritè, & præscripta ra-
tione transferantur. Ad quam sacrarum Reliquiarum translationem
illius vicinia, Ecclesie que Clerus in primis conueniat, in quam defe-
runtur, conuocato etiam, præsertim eius vicinia populo.
3 Sacre etiam imagines eò transferantur.
4 Deinde Ecclesie Altaria per Sacerdotem, cui Episcopus profana-
tionis facultatem, scripto exaratam, nominatim dederit, hac cerimo-
nia amouebuntur.

Primùm aliquantisper, genibus ad Altare profanandum, flexis, tacitè
orans, orationem dominicam, salutationem angelicam, & orationem
de sancto dicat; cuius nomine Altare illud dicatum est: tùm, vbi ora-
uerit, illud ab omni parte detegat: lapidem consecratum ita aptè eu-
elat, vt ne confringat; tùm manibus suis lauet, atque abstergat; dein-
de aquam in sacrarium effundat: lapide ita amoto, diligenter, religio-
sèque perspicat, si quæ sacre Reliquie insunt, quas inuentas certo,
hone-

honestoque loculo clausas, atque obsignatas, asseruet: &, ubi Episcopo denunciari, in Ecclesia, ad quam traslatio fit, ad Episcopi prescriptum recondendas, & asseruandas tradat; tum reliqua Altaris pars ab operarijs amoueat. Idque omne in singulis Altaribus amouendis rite seruetur.

5 Præterea alio post Altarium amotionem die per homines, quos Episcopus adhibere voluerit, fidelium ossa exhumentur; vnoque loco collecta, reponantur, præsentem eodem Sacerdote: qui, antequam exhumationis initium fiat, tacitus item, ut supra, ad Altare maius preceatur, cum processione Cleri, & populi viciniae, infra cuius fines Ecclesia profanata est, ossa efferentur ad locum, ubi reponenda sunt: dumque efferuntur, ut pro mortuis fit, precium officium dicatur; tum in Ecclesiae loco, ubi reponentur, viciniore pro mortuis item Missæ sacrificium fiat.

In Ecclesijs autem dirutis, ad vsuque profanum conuersis, crucis insigne figatur, ex Tridentini Concilij sanctione; quod signum facile amoueri non queat.

6 Altaris item vnus, quod sine Ecclesia profanandum est, ratio, ut supra de Altaribus in Ecclesia profanandis prescripta, seruetur.

7 Cæmeterij præterea profanandi modus, ut Ecclesie, idem teneatur.

8 In Ecclesijs autem dirutis, ad vsuque profanum conuersis, crucis insigne figatur, ex Tridentini Concilij sanctione, quod signum facile amoueri non queat.

1. De Eccl.
2. De Eccl.
3. De Eccl.

Sess. 21. c. 7.
de ref.

Ibid. sess. 21.
cap. 7.

**De Ecclesijs instaurandis, vel dirutis,
ac transferendis.**

S U M M A R I V M.

- 1 Ecclesie collabentes, collapseque reparande, instaurande.
- 2 Cuius impensis id fiat.
- 3 Nullum, vel exiguum censum habentes, quorum sumptu instaurande.
- 4 Materia Ecclesie dirute ad quem vsu non conuertenda.
- 5 Missarum in Ecclesia diruta celebrandarum, munus, ad quam Ecclesiam transferendum.
- 6 Capelle ubi id munus expleatur, exstruenda: quid item agendum, ubi illa etiam edificari nequeant.
- 7 Cæmeterium Ecclesie diruta quò etiam transferendum.

Ecclesia